



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XI. Quid faciendum in dubio in dispensatione?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Instit. de legatis, l. Si quis in fundo de legatis primo: habetur hæc dispositio: Si quis in nomine, Cognomine, Prænomine, Agnomine Legatarii, Testator erraverit, si tibi de persona constat, nihilominus legatum valet: Nomina enim significandorum hominum gratia, reposita sunt, qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. Hactenus Textus.

3. Quod, si Conradus l.c. dicat dispensationem censeri invalidam in Romana Curia, si erratum sit in Nomine, vel Cognomine, intelligo, id esse pro foro externo, quando in illo, & pro illo, de persona constare forte non potest.

§. VII. Quando erratum est in nomine Diœcesis.

1. **H**Oc enim verò diligentiore examine pensandum est. Nam licet primo aspectu videatur esse ejusmodi error valde accidentalis, & ejusmodi sane est, si ex le. spectetur; trahit tamen errorem alium pertinentem ad substantiam dispensationis. Solet enim communiter Pontifex committere dispensationis executionem Ordinario Diœcesis ejus, in qua natus est supplicans, non autem in qua quis Domicilium forte habet, sic disponente Tridentino sess. 22. c. 5. de Ref. pro foro externo (pro foro interno enim in oculis committitur, ut dicemus infra cap. 12. initio confessorio, &c.) Nam ideo semper in petitione explicari debet supplicantium propria Diœcesis. Si ergo loco tuæ Diœcesis, alteram, etiam sine tua culpa, exponas, cum Pontifex intendat concedere iurisdictionem, seu potestatem exequendi dispensationem Episcopo Diœcesis tuæ Nativitatis, certè invalidè alter Episcopus dispensationem exequetur, vtpote, qui à Pontifice non fuerit ad illam Delegatus.

2. Dico igitur cum Sanch. l. 8. matr. d. 21. n. 39. Conrad. in praxi, disp. l. 7. c. 5. à n. 28. Perez, d. 46. sect. 8. n. 18. Sal. de leg. d. 20. 26. Meroll. T. 2. d. 4. c. 6. n. 17. aliique in hoc errare, hoc est, si tu cum sis, v.g. Diœcesis Agrigentina, erret (etiam inculpate) Curialis, exponatque te esse, v.g. Catanensis Diœcesis, unde committatur executio Ordinario Catanensi, nec Ordinarium hunc Catanensem, nec Ordinarium Agrigentinum, nec separatim, nec conjunctim validè tibi dispensationem executurum. Ratio est, quia Pontifex, nisi aliud expresse dicat, se conformare intendit Tridentino: ergo in casu posito non vult committere dispensationem Catanensi. Quomodo ergo hic illam exequi poterit? Ex alia parte de facto non committit Agrigentino, ergo similiter qua ratione hic poterit illam exequi? Nam, quod committeret, si sciret, nihil juvat; conditionalis enim voluntas nihil operatur.

3. Hinc nullo modo assentior Pontio, l. 8. cap. 17. num. 43. Diane p. 8. tract. 3. re. sol. 64. Asserenti Amicum, Texedam, Perez, aliisque putantibus Agrigentinum posse exequi prædictam dispensationem. Et ad paritatem, quam ipsi inducunt, ductam ex errore nominis personæ, quando constat de ejus corpore, vnde idem dicere contendunt de errore nominis Diœcesis, quando de ea constat. Respondeo, adesse disparitatem, quia, in errore nominis personæ, una est persona, quam in mente habet Pontifex, cui concedit dispensationem? At in errore Diœcesis duo sunt Ordinarii, nempe in exemplo nostro, Agrigentinus, in qua natus est supplicans, atque huic non dat. commissionem Pontifex, & Catanensis, Et, neque huic, vtpote non proprio Episcopo supplicantis, dictam commissionem ex Tridentino dare Pontifex intendit. Quamvis ergo hanc Pontii doctrinam aliqui probabilem appellent apud citatum Dianam; illis tamen ego acquiescere nequaquam possum.

4. Inquires. Quando Sponsus est vnus Diœcesis, Sponsa verò alterius, explicandâ est utriusque Diœcesis in petitione dispensationis?

Respondeo. Ita, ut nimirum Pontifex eligat Ordinarium, cui vult committere executionem dispensationis.

Eligere tamen ipse solet Ordinarium Diœcesis Diœcesis. Quando ergo Sanch. l. 8. matr. d. 35. n. 5. dicit, si dispensationem Diœcesis alterius, intelligi (poni) non debet, intelligo ex praxi hodierna, quæ semper exprimitur, utramque Conradus in praxi dispens. l. 7. c. 5. n. 24.

5. Inquires iterum. Ad quem pertinet dispensationem exequi, si vacante Ecclesia, v.g. Mazzarini, non natur à supplicante Pontifici, ut committat eam Episcopo viciniore, addatque idem supplicans, vicinior esse Episcopum Cephaludensem, cum tamen ex re. Agrigentinus. Pontifex autem annuat postulatibus, quæ Commissionem Episcopo Cephaludensi.

Respondeo. Bardi in sect. l. 4. q. 6. duo hic dicit. Primo hunc casum esse similem, imò eundem, præsertim hæcenus à nobis explicatum. Secundò, pertinet Episcopum Agrigentinum, quare ipsum posse etiam dispensationem exequi, quia est attendenda mens Pontificis, qui verè vult committere talem delegationem viciniorque esse probabilis.

6. Profecto, quoad hoc posterius dictum, ipsi Bardi, cum Pont. Bonac. Sal. Santarello apud eundem h. n. 4. apta enim est ejus ratio. At quoad prius, meo Puto enim casum esse diversum, nam in casu prædicti Patris Bardi, constat de corpore, ut ita loquar, Diœcesis, siquidem mens Pontificis est viciniore potestati conferre. Vicinior autem est solus Agrigentinus. Ergo viciniorem designat, Agrigentinum designat, casu præcedenti à nobis allato, non constat de Diœcesis corpore, nam Diœcesis, ubi natus est Orator, non debet esse potest in mente Pontificis, cum ex vno parte sciret, & ex alia, nec vnquam solet Pontifex committere indeterminatè sic: Vicario ejus Diœcesis, in qua quis natus est.

Monitio ad sanandos prædictos errores.

7. Pro his, & similibus casibus præcedentibus errore, vel quando dubia existit impetratio dispensationis adverte, eam sanari, id est, validam fieri per novam literam seu nova rescripta à Pontifice obtinenda, narrato cum fideliter errore. Quæ novæ literæ vocantur *Per litteras*. Per illas enim vult Pontifex, ut litteræ priores valeant, ac si error non irreperisset. Et quidem hæc utilius impetrantur, & sine nova compositione, præ multis expensis.

CAPVT XI.

Quid statuumdum, si quid dubii interueniat circa dispensationem matrimonialem, Remissio.

1. **D**E hæc re latè egi lib. 3. in Dical. c. 5. §. 7. Dico, siatio, & V. Matrimonium, illud te, hæc occasione prætereat, non esse dubium, sed certo invalidam dispensationem. Ita Suar. l. 6. de Voto, c. 27. n. 6. Sanch. l. 8. matr. d. 21. n. 40. si supplicans narret, se ambigere, & copulam consummaverit cum Sorore ejus, quam dicit intendit, an Votum Castitatis emiserit, an conjugum sit cum Sponsa conjunctus, &c. ipse autem censuram si fecerit, copulam consummaverit, conjugum sit sit astrictus, &c. Ratio est manifesta, quia quilibet deceptio facit gratiam incognitam danti, atque eidem involuntariam.

CAPVT XII.

Explicantur clausule Rescripti dispensationis pro foro externo.

1. **C**ommittere solet Pontifex, ut scripius supradicavimus, Ordinario supplicantium, hoc est Episcopo